

Appendix. — Europa Nro. 43.

Regnum Mortuorum.

Litterae Familiares inter Vivos et Mortuos.

Ad Joannem Ludovicum Comitem Hordh.

In Mundo 13. Maii 1808.

Bella moderna brevia sunt, sed caudae longae; hic est aphorismus hodiernae experientiae. Si causas nisis praesentis saeculi perscrutemur, inveniemus eas in commercio. Cur bellum contra Angliam? cur inflexile sistema dominatus maris? Cur tantus contra eumnisus? — Singulare! prohibetur nunc commercium ideo, ut aquiratur. Gallia jam sub Administratione Colberti tenebat bilancem, qua sortem populorum Europae cuique admensurare volebat. Eluctata est sub eodem Gallia ad apicem potentiae, quam successores ejus Anglis cesserunt.

Tyrus, Sidon, Athenae, Carthago, et Phaenicii, quae via nomina sua ad nos transmiserunt? Commercio externo, et fundatione coloniarum; Aurum eos non praecipitavit, sed potius lapsum eorum remoratum est. Respublica Veneta fuerat quaestu adeo potens, ut Sultanis Aegypti consilium dederit, fretum *Susia* (*Suez*) transecandi, et *Nilum* cum Mari nigro conjungendi. Anno 1498 praeternavigarunt Portugalli Promontorium Bonae Spei, et splendor Venetiarum transivit Olissiponem. Desponsatio *Doge* cum mari erat duntaxat vetus titulus dominatus ejus condam super hoc elementum, et monumentum veteris splendoris, cujus testes adhucdum sunt conventio Cameracensis, et oppugnatio Candiae, omnium, quas unquam mundus vidit, celeberrima. Concurrentia, et industria Portugallorum rapuit huic Urbi commercium, et Olissipo, super ruinis Venetiarum exurgens, evasit mox urbs totius orbis florentissima.

Carolus V. gloriam, et celebritatem suam debet unice detectionibus *Columbi*. Hac via evaserat *Antverpia* Olissiponis aemula, cui haec par non erat, et occupatio Portugalliae successoribus ejus ostendit viam ad omnes detectiones in Asia, et America, et conciliavit Philippo V. potentiam in omnibus 4. mundi partibus, qualem is in sola Europa habuit. Ast Hollandia, quam inquisitio hujus ejusdem Philippi, et crudelitas unius *Alba* e lacunis evocavit, ademit mox Portugallis suas occupationis, et *Amstelo-*

damum surrexit ex ruderibus *Antverpiae*; sub noverca natura evasit haec natio mox una ex potentissimis totius Europae. Potentia haec movit zelotipiam Angliae, et aemulationem Galliae; Monstravit illa populis europaeis commoda commercii; docuit eos leges ejus; advexit ab Arcto ligna, et vela pro struendis navibus. Industria ejus indidit prae rigore rigentibus aquilonaribus populis gustum productorum Meridiei, et docuit hos populos hiperboreos usum, et commoda silvarum suarum.

Solum commercium avertisset invasionem Saxonum, et Normannorum in Angliam, et Galliam. Dum primis eorum necessitatibus occurrisset, et novas in eis excitasset, deduxisset eos sensim ad viam mansuetudinis; Dum eos culturae terrae, et Industriae asvefecisset, praevertisset cruentas illas emigrationes, quae Meridiem devastarunt, et scenas illas crudelitatis, quae sub eorum regiminis formae toties repetitae fuerant. — Europa forte moderna suam securitatem debet Petro Magno. Populus, quem is ad culturam deduxit, erant Descendentes Normannorum, quos non nisi ex barbarie eorum, quam in Europa, et Asia exeruerant, novimus. Petrus didicit artem regnandi non in Aulis sui aevi, sed in promptuariis navalibus Amstelodamensibus, ubi vestitu militis navalis, aut sub alia forma ipse laboravit, et intima maguae hujus commercialis machinae arcana perscrutatus erat, quam firmissimam basim regni, quod fundare volebat, futuram praevidit. Hanc metam nunquam ille ex oculis dimisit, nequidem inter atrocissima bella, quae contra Carolum XII. gessit. Usus erat is jure belli in sensu strictissimo, non erat ille invincibilis, sed opposuit huic Septemtrionis Alexandro duos hostes, qui Victorem semper sistent, nempe perseverantiam, et homines — solebat is dicere: scio, copias meas saepius vincendas, sed recte hoc docebit tandem eos vincere; et audeo, dicebat non longe ante pugnam ad *Pultavam*, consecrare 10 Russos pro uno Sveco. Ductores Militiae divites facti, et ornabant domos suas praedis Polonorum; et mobilia ac Instructio palatii Varsoviensis splendent in palatiis Petropoli et Moscoviae, ac omnes captivi tam Svecici, quam Polonici abducti sunt pro perpetuo in Russicas ditiones, ut populos in agricultura instruant.

Darius nunquam amissurus erat Indiam, si in Macedoniam, et Graeciam Mercatores misisset, qui cum vicinis Tracum, et cum Inhabitoribus Peloponesi producta permutassent. Sitis auri, quae Dominatorem ad arma provocat, svadet mercatori mitiorem speculationis viam. — „Ego nihil in Continente volo, dicebat *Napoleon* in Octobri 1805 Generalibus Austriacis eo ipso momento, dum captivi bellici

Ulma
merc
rum
cond
ad co
Sveci
bion
expug
hauri
sed n
secun
ubi C
tari
ductis
prosp
nobis

J
cunte
dinis
Domi
veide
Anno
inde in
nis su
minus
litudin
dois ec
lin. 178
tinet L
e. g. de
mutatio
Elisabe
bantic

Re
ctuant.
vitabile
Praetori
moment
eum Imp
suae adh
ferendas
hic idem
Maii per

Ulma diseesserunt." — Sed volo naves, Colonias, et Commercium, quod vobis non minus, quam nobis utile futurum est. „Hoc recte metuebat Anglia, ideo novas semper conduxit coalitiones contra Galliam, donec tota Europa, ad communem scopum armis coacta fuit; nunc sola ei adhaerit Svecia, et tamen ingreditur luctam cum tota Europa. Alibi stat pro se, velut una integra pars mundi, ut saxum inexpugnabile in medio fluctuum jussis ejus parentis Oceani, hauriens vitam et animam ex fontibus inexhaustibilis Indiae; sed mox aperientur propius ad nos tales divitiarum fontes; secundis ventis una hora transitur ex Hispania in Africam, ubi Caffé, Socharum, Indigo et omnia indica producta plantari, et aquiri possunt; Quid tandem faciet Anglia cum productis suis colonialibus? Tales sunt, chare Comes! nunc prospectus nostri in futurum; sed aliquo adhuc tempore nobis necessaria est abstinentia, et patientia.

Biographia.

Joannes Ludovicus Comes Hordh Generalis Locumtenens Borussicus, Gubernator praesidii Spandaviae, Ordinis Seraphini, et Ensis magnae Crucis Eques, Dominus Dominiorum *Lenthen, Grosssteine, Leipchen, Schkühlen, Mittveide* in Saxonia, et *Herustadt* in Svecia. Natus in Svecia Anno 1719. Erat primum in servitio militari Regis Sveciae, inde in Borussiam venit, vixit postremis vitae annis in Bonis suis in Saxonia, obiit Berolini 21. Augusti 1798; Non minus qua miles, quam Scriptor celebris. Edidit in sua solitudine librum, cui titulus: *Memoires d'un Gentilhomme Suedois écrits par lui meme dans sa retraite, l'Anné 1784.* Berolini. 1787 versione Germanica per Bartoldi Anno 1788. Continet Liber hic multa memorabilia de rebus magni momenti. e. g. de male terminata revolutione in Svecia Anno 1756. de mutatione systematis in Russia post mortem Imperatricis Elisabethae, et casus singulares, et eventus in bellis brabantico, et septennali borussico.

Diarium Politicum.

Res inter Russiam et Portam Ottomanicam adhuc fluctuant. Ambae partes contrahunt copias, ac si bellum inevitabile foret. *D. Csernitseff*, Equitum Magister apud Praetorianos Imperatoris Russorum, cum litteris summi momenti ad Imperatorem Napoleonem mitti debuit, quia eum Imperator Bajonnae multum distinxit, ut plane mensae suae adhibuerit, et dum eidem Litteras, Imperatori suo deferendas, tradidit, annulum magni valoris ipsi dono dedit; hic idem Centurio in reditu suo Petropolim nocte inter 10—11 Maii per Francofurtum transivit.

Suprema Armorum Praefectura Temesvariensis dimiserat Ordines, ut pro Legato Gallico Constantinopoli Generale *Sebastiani* Mehadiae, quorsum ille pro balneis venturus est, necessarium, et conveniens quarterium praeparetur, qui tamen 12 Aprilis adhuc Constantinopoli fuit. — Naves anglicanae pervagantur fretum Oresundicum, et Balticum majus. Praesidium *Sveaburgum* in Finnia deditionem fecisse dicitur. Consilium Castiliae solennem ad Imperatorem Napoleonem misit Deputationem, quae Bajannam versus jam discessit. — Imperator dicitur haud iturus in Hispaniam, sed compositis Bajonnae rebus, regulatisque Hispaniae inter Patrem, et filium negotiis, meridionales Galliae regiones, et oras peragraturus, quem in finem ad Praefectos respectivorum Departamentorum dimissi sunt ordines. — Rex Borussiae proxime Hamburgum venturus dicitur, inde in Germaniam meridionalem balneorum causa profecturus. In portubus borussicis ad Mare balticum formatur classis contra Sveciam et Angliam. — Princeps Asturiae Bajonna *Palum* in Aquitania discessisse dicitur — Ministerium anglicanum debet pro necessariis expensis hujus anni 45 Milliones librarum (495 Milliones florenorem) mutuo levare, maxima, quam unquam hactenus levata erat summa.

Tribunal Cassationis Parisiense confirmavit i lud principium; quod puella corrupta nec damni reparationem, seu satisfactionem a corruptore, nec eum ad assumendam parentelam citra illius voluntatem cogere possit.

Inter Generalem Russicum *Suchtelen*, et Protribunum Svecicum, Commendantem praesidii *Sveaborg* 15. Aprilis illa inita est conventio, ut, si usque 3. Maii suppetiae saltem 5 navium classicarum non adveniant, praesidium istud Russis tradi debeat.

Magnus Dux Montanus jam adiit actuale possessorium provinciae Monasteriensis, Lingensis et Tecklenburgicae. Idem M. Dux Baronem *Bulov* Status Consiliarium, nominavit Actualem Ministrum Financiarum, Commerci, et thesauri publici; Generalem vero Divisionalem Comitem *Schulenburg* Consiliarium Status, et Praesidem Sectionis militaris.


Ephemerides romanae, *Diario di Roma* nominatae, ferunt: Quod Sua Sanctitas Pontifex, ad probandam jurisdictionem suam *D. Tommaso Arezzo* Vice Gubernatorem Romae nominaverit. Item Congregatio Rituum cum indultu suae sanctitatis, procedit ad Canonisationem Reginae condam Sardiniae Mariae Clotildis Adelaidis Xaveriae; item Fundatoris Congregationis Passionistarum Pauli della *Croce*.

dimi-
li Ge-
s ven-
aepa-
it. —
t Bal-
onem
erato-
n ver-
dispa-
dispa-
aliliae
raefe-
es. —
inde
urus.
lassis
onna
n an-
Mil-
vare,

prin-
, seu
aren-

tribu-
Apri-
oetiae
dium

orium
gicae.
navit
sauri
ulen-
taris.
e, fe-
risdi-
orem
ndul-
ginae
eriae;
della



ni.
le.
en.
da.
—
al-
em
to-
er-
pa-
pa-
iae
:fe-
—
nde
us.
ssis
ona
an-
Mil-
are,
rin-
seu
ren-
ibu-
pri-
stiae
ium
ium
cae.
avit
sauri
len-
aris.
, fe-
isdi-
orem
ndul-
ginae
riae;
della

Hoc
Illud

C
git Dic
culi 19
scitur
Dioge
morum
ter est
peram
ones, c
centran
tre; Pe
cionatu
arat, e
et veste
venter
studio
consequ
que est
et geni
C
bitans;
origine
barie a
modo?
vita; P
rum ali
et term
vo —
C
ventio!

